(apud Ravennatem 5, 31 p. 431, 11 *Vindolande* est, sed extra seriem reliquarum stationum valli) repertaeque sint in *Chesterholm* eius cohortis tituli tres (n. 703. 704. 715), quorum unus portam turresque castrorum ab ea restitutas memorat tempore, ut videtur, Caracallae, de nomine mansionis dubitatio nulla locum habet, etiamsi eandem cohortem infra reperimus etiam in *Cambeckfort* statione (cap. LIII). Effossiones ibi institutae inde ab a. 1818 potissimum per Antonium Hedley tum loci dominum portas et muros, item aedificia aliquot retexerunt; prodierunt inde etiam tituli aliquot non levis momenti (n. 701. 703—705. 723). Antiquissimus eorum auctor est Christ. Hunter (n. 715. 722); Gordoni et Stukeleio, item scriptoribus Northumbricis Wallisio et Hutchinsoni singuli (n. 702. 706), sex omnino Horsleio (n. 702. 707. 714. 715. 717. 722) innotuerunt; plurimi postea accesserunt per Hodgsonem, Brucium, scriptores aliquot patrios, velut W. C. Trevelyan (Archaeol. Aeliana 3, 1844 p. 139 ss.). Inter lapides et anaglypha, quae titulis carent, est ara Herculis (Bruce lapid. n. 252) atque pinea sepulcralis, ut videtur (Horsley p. 227 *Northumb.* n. 58), veluti Praenestinae antiquissimae (C. I. L. 1 p. 28); nisi pertinet potius ad sacra Mithriaca (cf. n. 699). Satis frequenter Vindolanae reperiuntur tegulae legionis sextae, cuius etiam centurio aliquis Fortunae populi Romani aram dedicavit (n. 702). Tituli praeterea videntur indicare per aliquod sane temporis spatium ibi in castris fuisse cohortes secundam (n. 701) et tertiam Nerviorum (n. 706). Neque desunt lapides centuriales, quos vocant (n. 717—722); sepulcrales hic quoque rarissimi sunt (n. 723. 724). Ceterum qui supersunt sacri (n. 701—712), in quibus non semel memoratur Genius praetorii (n. 703. 704), imperatorum Hadriani et Pii, ut videtur (n. 713. 714) item fortasse Caracallae (n. 715), legati Augusti (n. 715) stationem quamvis non magnam tamen ceteris in universum aequalem fuisse docent.

701 Ad Vindolanam videtur pertinere, nam rep. est a. 1838 *in Hardriding, about a mile to the south of* Vindolana, *in the foundations of a college.* Ara alta ped. 3 dig. 5, lata ped. 1 dig. 6, litteris optimis.

D E O
C O C D I O
D E C M S
C A E Æ L L
5 V S · V I C T R
P Æ · C O H · II · N E R
V · S · L · M

Contuli et ectypum reportavi. Hodgson *gent. mag.* 12, 1839 p. 186. 187. 409, *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 320. 438; Bruce *wall* p. 218.

V. 6 elementum secundum in se continet RAEF litteras. Cohors II Nerviorum, quam in Britannia te tendisse sub Hadriano diploma a. 124 docet, in hoc titulo primum apparet.

Deo Cocidio Decimus Caerellius Victor prae(fectus) coh(ortis) II Ner(viorum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

702 Rep. a. 1717 in *Chester-in-the-wood*, in via militari a *Caervorran* ad *Newburgh* per Warburtonem, ex cuius collectione Dunelmum pervenit, ubi servatur in bibliotheca capitulari. Est ara alta ped. 3 dig. 5, lata ped. 2. Litteris bonis.

culter F O R T V N A E *patera*
patera P R *patera*
urceus C·IVL·RAETICVS·Ↄ·LEG·VI·VIC ꝰ

Contuli. Gordon it. sept. p. 94 tab. 32 fig. 1; Stukeley it. cur. 2 p. 69 2*d*; Horsley p. 227 *Northumb.* 55 (Warburton vallum p. 69, 55; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 3; Hodgson 2, 3 p. 199); Hutchinson *Northumb.* p. 61; Carter *anc. archit.* p. 11 tab. 11 fig. 6; Bruce *wall* p. 211.

3 RALTICVS Gord., Horsl., Hutch., RALTRICVS Cart. Recte descripsit iam Stukeleius. Centurionis notam om. Gord.; ex parte tantum superest, sed ut de forma Ↄ dubitari non possit.

Fortunae p(opuli) R(omani) C.Iul(ius) Raeticus ↄ(centurio) leg(ionis) VI vic(tricis)

703 *Chesterholm*, rep. a. 1831 ab Ant. Hedley iuxta hypocaustum. Servatur nunc in *Chesters* in museo. Ara alta ped. 4 dig. 1, lata ped. 1 dig. 8, litteris bonis.

patera ansata
G E N I O
P R A E T O R I
securis S A C R V M · P I *urceus*
culter T V A N I V S · S E *patera*
bos 5 C V N D V S · P R Æ *patella (?)*
F E C T V S · C O H · IIII
G A L L O R

Contuli. I. Hodgson *gent. mag.* 1, 1833 p. 596, *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 198; Bruce *wall* p. 67 (*annuaire de la soc. des antiq. de France* 1852 p. 161).

Quod patellam esse significavi dubitanter inter anaglypha lateris dextri, potest etiam libum esse.

704 *Chesterholm*, rep. a. 1831 iuxta hypocaustum ab Ant. Hedley; servatur in *Chesters* in museo. Ara alta ped. 4 dig. 6, lata 2; litteris bonis.

I · O · M
C E T E R I S Q V E
D I I S · I M M O R T
tabella E T · G E N · P R A E T O R
ansata 5 Q · P E T R O N I V S
ciconia Q · F · F A B · V R B I C V S
cum P R A E F · C O H · IIII *ciconia*
pullo G A L L O R V M
[ ]
10 E X I T A L I A
D O M O B R I X I A
V O T V M · S O L V I T
P R O S E
A C S V I S

Contuli et ectypum reportavi. I. Hodgson *gent. mag.* 1, 1833 p. 596, *memoirs* p. 103, *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 197; Bruce *wall* p. 213 (*annuaire de la soc. des antiq. de France* 1852 p. 161).

V. 9 consulto erasus cognomen cohortis videtur continuisse ab imperatore quodam damnatae memoriae ductum; tamen litterae videntur esse Commodo antiquiores. Brixiam Fabiae tribui adscriptam fuisse aliunde satis notum est.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) ceterisque diis immort(alibus) et Gen(io) praetor(ii) Q. Petronius Q. f. Fab(ia) Urbicus, praef(ectus) coh(ortis) IV Gallorum . . . . . ., ex Italia domo Brixia votum solvit pro se ac suis

705 Rep. et servata una cum praecedente. Ara alta ped. 4 dig. 2, lata ped. 1 dig. 3; litteris evanidis.

I O M
E T · G E N I O
D I I S Q · C V S
T O D I B · / / /
5 / / / / / / / / /
/ / / / / / / / /
/ / / / / / / / /

Contuli et ectypum reportavi. I. Hodgson *gent. mag.* 1, 1833 p. 596, *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 198; Bruce *wall* p. 215.

3 DN . . . . . Bruce. 4 SS. TO R CO . . . | GAL ET VI . . . . | CAECIL F . . | ER Hodgs. ipse de lectione dubitans. In fine v. 4 fortasse CAMPI legi posse adnotavi in re praesenti, de reliquis desperavi. In *gent. mag.* anonymus *dis custodibus huius loci* proposuit.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et Genio diisq(ue) custodib(us) [campi? coh. IV Gallorum? . . . . Caecil(ius) . . . .]